Vol I. pl 277 v°

277 v°



qui celat consilium absq: scien
tia: Ideo insipienter loquutus sum
et que ultra modum excederent
scientiam meam. Audi et ego loquar
interrogabo te: et responde mihi. Au
ditu auris audiui te. nunc autem
oculus meus uidet te. Idcirco ipse me re
prehendo: et ago penitentiam in
fauilla et cinere. Postquam autem
loquutus est dominus uerba hec ad iob:
dixit ad helyphaz themanitem. Iratus
est furor meus in te: et in duos ami
cos tuos. Quoniam non estis loquuti coram
me rectum: sicut seruus meus iob.
Sumite igitur uobis septem thauros.
et septem arietes: et ite ad seruum
meum iob: et offeret holocaustum

pro uobis. Iob autem seruus meus orabit
pro uobis: faciem eius suscipiam. Ut
non uobis inputetur stulticia. Neq:

enim loquuti estis coram me recta:
sicut seruus meus iob. Habierunt
ergo heliphaz themanites. et bal
dad suites. et sophar naamatites:
et fecerunt sicut loquutus fuerat
ad eos dominus et suscepit dominus faciem
iob. Dominus quoq: conuersus est ad pe
nitentiam iob. cum oraret ille pro
amicis suis. Et addidit dominus omnia
quecumq: fuerunt iob dupplici
cia. Venerunt autem ad eum
omnes fratres sui. et uniuerse sorores sue:
et cuncti qui nouerant eum prius.

Et comederunt panem cum eo
in domo eius. et mouerunt super eo
caput et consolati sunt eum super
omni malo quod intulerat dominus
super eum. et dederunt ei unusquisq:
ouem unam: et in aurem auream
unam. Dominus autem benedixit iob
nouissimis magis quam principio
eius: et facte sunt ei quatuordecim

2011 Ministerio de Cultura